Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



pud illum qui dissipasset bona ipius. Et uoca
uit illum; et ait illi. Quid hoc audio de te.
Redde racionem uillicacionis tue. Iam enim
non poteris uillicare. Ait autem uillicus intra
se. Quid faciam quia dominus meus auferr
a me uillicacionem. Fodere non ualeo; men
dicare erubesco. Scio quid faciam; cum amotus
fuero a uillicacione recipiant me in domos su
as. Conuocatis itaq; singulis debitoribus dni
sui. dicebat primo. Quantum debes domino
meo. At ille dixit. Centum cados olei. Dixitq;
illi. Accipe cauicionem tuam; et sede scribe cito
quinquaginta. Deinde alij dixit. Tu uero quã
tum debes. Qui ait. Centum choros tritici. Ait
illi. Accipe litteras tuas; et scribe octoginta. Et
laudauit dominus uillicum iniquitatis; quia
prudenter fecisset quia filij huius seculi pruden
ciores filijs lucis in generacõe sua sunt. Et ego uo
bis dico. Facite uobis amicos de mãmona ini
quitatis: ut cum defeceritis recipiant uos in eter
na tabernacula. Feria quarta. Ad romanos.
Fres. Nescitis quoniam cui exhibuistis
uos seruos ad obediendum. seruj estis eius cui o
bedistis. siue peccati in mortem. siue obedicionis
ad iusticiam. Gracias autem ago deo qd fuistis
seruj peccati. obedistis ex corde in eam formam